



Ioannis Sartorii Amstelredami Grammatica pueris utilisima.

<https://hdl.handle.net/1874/422377>

8

IOANNIS

SARTORII AMSTELREDAMI
GRAMMATICA PVERIS
multo utilissima.

EPIGRAMMA STUDIOSAE IUVENTAE.

Est preciosa magis rebus sapientia cunctis,

Et doctis tantum gloria uera datur.

Vt tibi donetur prudentia, nocte dieq;

Desidiam uites, grammata discæ, cole.

Quicquid grammaticâ reliqui peperere cælebres,

Hoc solus paucis continet iste liber.

Perlege congestos magnos uariosq; labores

Sartorij docti, perlege dicta uiri.

Quicquid scriptores attentauerunt uetusti,

Hoc suus egregia protulit arte liber.

Huc ades, huc propera, huc uolita, sicut hæc tibi primū

Præ gustanda breui hic, sære q; multa queas.

Grammaticæ quicumq; uias inquirere gaudet,

Hoc opus exiguo uendiat ære sibi.

ANTVERPIAE, APVD MICHAELEM
HILLENIVM. Anno 1533.



LAVS DOCTRINAE.

Est ornamentum rebus doctrina secundis,
Rebus in aduersis doctrina est portus & aura.
Dulcis doctrinae fructus, radricula amara est,
Ut ualeat, quis non succos potabit amaros?
Disatur ars ideo, quò quisq; exercet illam
Auxilio uitae, seu laudi, letitiae ue.
Philosophus similem uiuo canite esse peritum,
Defuncto similis quicumq; indoctus habetur.
Quippe ego doctrina malim cunctos superare
Dixit Aristoteli Macedo, q̄ rebus opimis.
Culto agro nihil esse potest ornatus, atq;
Huberius, tibi cura tui non desit agelli.

IN LAUDEM BONI PRAECEPTORIS.

Qui natos generant laudandi quiq; parentes,
Qui tamen erudiunt etiam magis usq; probandi.
Si tibi sit natus, doctori trade perito.
Perdoctet indoctus quae dedocantur oportet.
Discere fili artem nullam potes absq; magistro,
Ad praepceptorem festino currito gressu.
Doctorem ueluti sanctum uenerare parentem,
Laudando semper, probris offendito nunquam.
Cum sapiente me ans, sapiens euadet, amicus.
Stultorum similis fiet, sapientibus hære,

IOANNES

SARTORIVS GVILIELMO

suo Gnaptheo Gymnasiarche
Hagensi.



Deo mihi placet Horatianum illud,
mi Gnaphee: Quicquid præcipies,
esto brevis, ut hactenus nulla mihi uidear
uidisse grammaticæ, quin ad
hanc trutinam expensa dependant,
potius quam propendant. Sed præter alia quæ tot sunt
quot literatores, postremum prodijt Melanchthon, eruditus
certe omnibus laudatissimus. Quem unum mihi
Gnaphee meis non fuisse grauatius, prælegere, nisi præter
quod Melanchthonis nomen nobis aliquid attrahit, in
eo me scrupuli aliquot male haberent. Neque hoc dixerim
quod me non præ eorum infantissimum tum indoctissimum
iudicem, sed ut philautis nobis omnibus suum
atque pulchrum uideatur, ita et ego plus fructus meis
(quibus solis desudatur labor) ex tenui hac segete uideor
collecturus, quam ex copiosissimis plerumque commentarijs.
Quod si quid hic uidebis maculatum parumque
candidum: id tu ut Gnapheum deat
emaculabis. Tibi dicatur libellus, proinde
fac, ut eum non secus atque
tuum cures. Vale.

Quid est
Grāma-
tia?

GRAMMATIC A est ars recte loquēdi, re-
cte q; scribendi modus. Ceterum ut recte scri-
bas, literis imprimis opus est. Hæ autem sunt
tres & uiginti.

Literæ.

A b c d e f g h i k l m n o
p q r s t u v x y z.

Inter has, uocales sunt quinque.

Vocales

a e i o u.

Diphthō-
g.

At tu ne bene scripta male legas, diphthongos observa-
bis, potissimum autem æ & œ, quæ non secus atq; e & p
feruntur, ut pœnæ.

Partes
Grāmati.

Conflantur autem ex literis syllabæ: Ex syllabis dictio
Ex dictionibus oratio.

Partes or-
ationis.

Partes uero ora-
tionis sunt octo. } Nomen Pronomen
Verbum Aduerbiū
Partiāpiū Coniunctio
Præpositio Interiectio.

Denomine.

Nomen.

Nomen est pars orationis, quæ rem significat, &
non actionem.

Nomen
duplex.

Nomen est } Adiectiuū, daermen aen mach setten
duplex. } man oft wijf, ut bonus, malus.
Substantiuū, daermen niet aen en mach
setten man oft wijf, ut homo, bulla.

Accidētia
noīs sex.

Accidunt autem nomini Comparatio, genus, numerus,
figura, casus, & declinatio.

De comparatione.

Cōpara.

Comparantur tantum adiectiuū, quorum significatio

potest augeri uel minui.

Gradus comparationis sunt tres.

Positiuus.	Cōparatiuus.	Superlatiuus.	Gradus comparationis.
Auarus	auarior	auarissimus.	
Beatus	beatior	beatissimus.	
Castus	castior	castissimus	
Dulcis	dulcior	dulcissimus	
Diues	diuitior	diuitissimus	
Dis	ditior	ditissimus	
Pauper	pauperior	pauperrimus	
Pulcher	pulchrior	pulcherrimus	
Audax	audacior	audacissimus	
Velox	uelocior	uelocissimus	

Alia forma.

Facilis	facilior	facillimus	
Agilis	agilior	agillimus	
Gracilis	gracilior	gracillimus	
Humilis	humilior	humillimus	
Similis	similior	simillimus	

Alia.

Maledicus	maledicentior	maledicentissimus	
Multiloquus	multiloquentior	multiloquentissimus	
Maleuolus	maleuolentior	maleuolentissimus	
Magnificus	magnificentior	magnificentissimus	
Maturus	maturior	maturrimus uel simus.	
Vetus	ueterior	ueterrimus.	Anomala comparationis.
Bonus	melior	optimus.	

Malus	peior	peſſimus
Magnus	maior	maximus
Paruus	minor	minimus
Multum	plus	plurimum
Nequam	nequior	nequiſſimus
Dexter	dexterior	dextimus
Sinſter	ſiniſterior	ſiniſſimus
Iuuenis	iunior	minimus natus
Senex	ſenior	maximus natus
Œcyor	œcyor	œcyſſimus

Not. Quæ habent uocalem ante *is*, uel *us*, ad hanc ferè ſorã
nam comparantur.

Idoneus	magis idoneus	maxime idoneus
Tempeſtiuus	magis tẽpeſti.	maxime tẽpeſtiuus
Arduus	magis arduus	maxime arduus
Tenuis	magis tenuis	maxime tenuis

Præpoſiti Comparantur autem et hæ præpoſitiones.
tiões quæ Extra exterior extimus uel extremus
comparã Intra interior intimus
tur. Ultra ulterior ultimus
Citra anterior atimus
Infra inferior inſimus
Supra ſuperior ſupremus uel ſummus
Poſt poſterior poſtremus
Ante anterior
Pridem prior primus
Prope propior proximus
Nuper nuperimus.

Obiter hic adnotandum est, quod comparatiuus gaudet ablatiuo. ut Cræso ditior. Superlatiuus genitiuo plurali. ut Luuenum pulcherrimus.

De genere.

Genus.

Genera noim sunt } Masculinum. ut hic campus.
 } Fœmininum. ut hæc Cauca.
 } Neutrum. ut hoc Ostium.

Commune genus constat ex masculino & fœminino. ut hic & hæc Conuius.

Dubium ex alterutro, ut hic aut hæc Aluus.

Ἐπίκορον, hoc est, plus quàm commune, siquidem uno articulo duo genera complectitur. ut hic Passer. hæc aquila.

Omne genus ex tribus prædictis constat, ut Hic & hæc & hoc Fœlix.

Sequentia docent genera pro natura rei significatæ.

Masculina sunt oia uocabula

Virorū. ut Bonus Homerus. Tertius Cæto. maximus Athlas. dulcissimus pater Deorū. ut Mars impius. Plutus timidissimus. Tuus iam regnat Apollo.

Mensium. ut Aprilis sacer est Veneri. Iunius dicatus Iunoni. Gelidiq; de æmbres

Fluminū. ut Septemflus Nilus. Tagus aurifluus. Mosaq; profundus.

Ventorum. ut Aquaticus auster. Frigidus boreas. Blandi zephyri.

Ordo secundus.

Gr̃a ex significatione masculina.

Fœminia

Fœminina sunt
om̄ia uocabula

Mulierum. ut hęc Helena miserrima.
Dido pia mater.
Dearum. ut Casta Luana Iuno.
Est thalamis præfecta Venus.
Arborum. ut Semiputata tibi fronda
dosa uitis in ulmo est. Humida
laurus. Alba populus.
Oppidorum. ut Prodigia Roma. Alta
Troia.

Exceptio.

Neutra i
ur tantū. Oppidorum noīa in ur aut um finita sunt neutra. Ho
ratius. Mihi iam non regia Roma, Sed uacuum Tybur
placet, aut imbelles Tarentum. Quę in arboribus aliud
genus asāscunt, autorum prælectio docebit.

Ordo tertius.

Neutra
sunt om̄ia
uocabula.

Fructuum. ut Vidatum pomū. Aureū
malū. Vergil. Aurea dura mala ferunt
quercus. Ficus, castanea, nux, foēia sunt
Literarum, ut Nigrum θ. Candidum τ.
Quę materialiter et nominaliter ponū
tur. ut Supremū uale. Quis expedit
Pfitaco suū χοίρε. Sarc tuum nihil est.

Ordo quartus.

Cōmunia Quę uiris simul & mulieribus conueniunt, dicuntur
communīa, ut Fur, accola, terrigena.)

Exceptio.

Fœminina tamen sunt Soboles & proles.

Sortum & manapium neutra.

Ordo quintus.

Omnia adiectiua atq; adeo sola sunt generis omnis.

Aliqua uero uno termino, ut hic & hæc & hoc Felix, audax, prudens, diues, pauper, & hoc genus alia. Ois gñis

Nonnulla duobus terminis. ut hic & hæc fortis, & hoc forte. hic & hæc melior, & hoc melius.

Bona pars est generis omnis, tribus terminis. ut Candidus candida candidum. Niger nigra nigrum.

Nota.

Campester	campestris	campestre
Volucæ	uolucris	uolucæ
Alacæ	alacris	alacæ
Pedester	pedestris	pedestre
Equester	equestris	equestre
Syluester Hæc	syluestris Hoc	seluestre.
Celeber	celebris	celebre
Acræ	acris	acæ
Celer	celeris	celere
Saluber	salubris	salubre
Paluster	palustris	palustre.

De nominum generibus pro exigntia termini.

Ordo primus.

Quæ finiunt A, sunt foeminina. ut Prolixa barba. De gñe
Certe lenta ira Deorum est. Tugallina filius albæ. ex termi
Mors ultima poena est. Heraulem ferunt quarta luna natione
esse natum. in A.

Exceptio.

Planeta, cometa, propheta, poeta, masculina sunt.
Ceterum Græca in ma, sunt neutra. ut Obscurū anis
gma, Argenteum ænochema.

Ordo secundus.

In E. Quæ finiunt E, neutro sunt genere. ut Aureum mo
nile. Fœtidum porale.

Exceptio.

Græca in e fœminina sunt. ut Grammaticæ, pentecoste
Crambe bis posita mors. Cœte & tempe sunt neutra
pluralia. ut Grandia cœte, pulcherrima tempe.

Ordo tertius.

In I. Quæ finiunt i, sunt generis neutri. ut Amarum sīna
pi. Calidum piperi. Vile moly.

Exceptio.

Frugi, nauā, nihili, huiusmodi, cuiusmodi, generis om
nis sunt. Homo frugi omnia recte facit. Amas homi
nem non nauā.

Ordo quartus.

In O. Quæ finiunt o, genere sunt masculino, ut Rarus ser
mo illis, magnus es ardelio.

Exceptio prima.

Quæ DO aut GO finiunt, sunt fœminina, ut Prida
pus est furum, animiq; maxima formido. Equitare in
arundine longa. A sīdua rapitur uertigine cœlum.
Masculina tamen sunt Ordo, udo, harpago, aido, ligo,
spado. Verum mergo, cupido, ardo, & bubo, dubia
sunt. Pondo neutrum est. Presto generis omnis.

Exceptio secunda.

In IO uerbalia sunt fœminina . ut Scultorum magna In IO.
est natio. De moribus ultima quæstio. Huc quoq; spēs
stant Caro & Talio.

Ordo quintus.

Quæ finiunt V neutra sunt. Ut Curuum cornu. Du: In V.
rum gelu.

Item lac, halec, & caput neutra sunt.

De terminatis in L;

Ordo primus.

Quæ finiunt AL aut EL aut IL, neutra sunt. ut Anis In L.
mal propter conuiuia natum. Turpe toral, flaua mella.
Nihil est ex omni parte beatum.

Exceptio.

Vigil commune est. Pugil & mugil masculina.

Ordo secundus.

Quæ finiunt OL aut VL, masculina sunt . ut Fregit
mundi sol aureus astra. Laudatus consul. Egregius
presul. Exul commune est.

De finitis in M.

Ordo primus.

In M.

Nequam omne est. Tantundem neutrum.

Ordo secundus.

Quæ finiunt VM neutra sunt, ut Acre aetum. Ses
mel enissam uolat irruocabile uerbum.

In N.

De terminatis in N.

Ordo primus.

Quæ finiunt AN aut ON masculina sunt, ut Nullus adhuc mundo præbebat lumina titan. Primus canor Malus demon.

Exceptio.

Complura græca mutantia on in um neutra sunt. ut Ilium, Enchiridion, adyton, colon. Icon, sindon fœminina sunt.

Ordo secundus.

Quæ finiunt EN neutra sunt, ut Lentum uimen. Aut tum crimen. Si ualeas meminisse non est ignobile carmen.

Exceptio.

Masculina sunt Ren, splen, lien, pecten, & quæ à cano ueniunt in æn, ut Tubiæn, tibiæn, lyriæn, fidian. Dias enim tubiana.

In R.

De terminatis in R.

Ordo primus.

Quæ finiunt AR aut VR neutra sunt, ut Vtile exemplar, Candidum ebur.

Exceptio.

Lar est masculinum, nam dcum domus significat. Item & surfur, turtur, & uultur.

Ordo secundus.

Quæ finiunt ER aut IR aut OR masculina sunt. ut Trifolinus ager. Nescis quid serus uester uehat. Vir primarius nõ dormit solidã noctẽ. Cæcus est amor sui

Labor improbus omnia uindat. Lucri bonus est odor.

Exceptio.

Inceptū continuant iter. Spinter nouum, Viduumq;
pecus grandius uber habet. Viuum cadauer. Ver erat
eternum. Sic & fructuum nomina neutra sunt. ut
Lauer, piper, soporiferumq; papauer. Ad hæc æquor
ador, marmor, & cor sunt neutra. Cæterum arbor &
lynter sunt foeminina.

De terminatis in S.

Quæ finiunt AS foeminina sunt, ut Turbida tēpestas In AS.
Virtus & summa potestas non cœunt. Frondosa rea
duatur æstas. Nulla est synæra uoluptas. Aurea me
diocritas.

Exceptio.

Compluria in as græca, masculina sunt. ut Elephas, gy
gas, adamas. Item as & uas uadis. Verū Vas uasis, fas
& nefas neutra sunt.

Ordo secundus.

Quæ finiunt ES foeminina sunt. ut Malesuada famas In ES.
Facies tua computat annos, Credula res amor est, Nula
la fides pietasq; uiris qui castra sequuntur. Venalesq;
manus ibi fas ubi maxima meras.

Exceptio.

Tudes hic uult, poples & ames. Pes, aries, paries, pala
mes, cum limite, stipes. Et fomes, trames, termes, cū gur
gæ, & spes. Et uerres, merges: hic dabit hæc ues dies, sed
pluratio numero est mas, compositumq; Hippomanes
acœthes, & es neutra sunt.

Ordo tertius.

In IS.

Quae finiunt IS sunt foëia, ut rara avis. Cãdida uenit
avis longis inuisa colubris. Pulchra est periphrasis aia
conie. In eadem es naui. Vallis accommoda fraudi.

Exceptio.

Sunt masculina, piscis & axis.

Glis, callis, uermis, sotularis, acynacis, orbis.

Et anchris, uectis, postis, cum sanguine, follis,

Et fustis, mensis, collis, aulis, quoq; fascis,

Et castis, torris, sic puluis, pollis, & ensis,

In nis finitum, lapis, unguis, maialis, aqualis.

Cæterum, anguis, corbis, canalis, clunis, funis, & tora
quis, dubia sunt.

Ordo quartus.

In OS.

Quae finiunt OS masculina sunt, ut Gelius ros. Meo
more færo.

Exceptio:

Arbos, cos, dos, glos, fœminina sunt. Os, ahos, melos,
epos neutra. Veram bos, castos, compos, impos, saar
dos, communia sunt.

Ordo quintus.

In VS se.

Quae finiunt VS in secunda aut quarta declinatione,
eũdẽ de sunt masculina, ut Ieiunus, stomachus raro uulgaria tẽ
clinatiois nit. Sed si tamus amor casus cognoscere nostros.

Exceptio,

Fœminina sunt: Abyssus, byssus, colus, carbasus, do
mus, ficus, cremus, humus, idus, manus, papyrus, por
ticus, synodus, tribus, & manus.

Neutra sunt vulgus, pelagus, & uirus.
Dubia sunt Atomus, grossus, lechytus, poenus, paradisi,
specus, alius, phascus, pampinus.

Appendix.

Quæ finiunt us in tertia declinatione, sunt neutra, ut
Fugit irreparabile tempus. Summum ius, summa est
iniuria. Sacleratum frigus. Pelluadum thus. In us ter-
tie decli-
nationis.

Exceptio.

Fœminina tamen sunt: Tarda senectus. Misera seruitus.
Fœcunda tellus. Modus est pulcherrima uirtus.
Dijis iuranda palus. Nulla salus uictis. Improba iuuentus.
In eadem tundunt ferream. Mœæ pecudes, sed tuas
pecora. Subsals item ea est assula, qua tabulati
rimæ opplentur, fœmininum est. Lepus, mus, mascula
sunt. Sus & grus communia.

Ordo sextus.

Laus, fraus, & quæ consonantem habent ante s, fœ- Cōsonās
ante s.
minina sunt. ut Pallida mors. Vrbs antiqua ruit.
Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano. Hye-
mas orate serenas. Perfrictæ frontis. Cœlius apud
Gellium, Fronte dixit hilario.

Exceptio.

Mons, pons, fons, dens, hydrops, æthiops, seps pro sera
pente, masculina sunt. Item & partes assis, ut quadrās,
triens, dextans.
Foræps, adeps, scrobs, serpens, rudens.
Dubia sunt,

Determinatis in X:

Ordo primus.

In X. *Quae finiūt AX aut EX, masculina sunt. ut Thorax undulatus, Limax tardigradus, Anthrax, Nyctiorax Rex, Grex, Caudex, Codex.*

Exceptio.

Fœminina sunt Climax, fax, pax, fornax, lex, nex, uia bex, supellex, forfex, carex, forpex, atriplex, alex.

Ordo secundus.

Finita in IX aut OX aut YX, fœminina sunt. ut Nix alba. Candida œruix. Nesat uox missa reuertit. Nox humida. Abi in malam cruem. Nucæ assa non emerim.

Exceptio.

Masculina sunt Fornix, calix.

Dux, redux, & coniunx, communia.

Ordo tertius.

Faux, & quæ consonantem habent antex, fœminina sunt. ut Arx probe munita. Proba merx facile emptorē rem repperit. Falx, lanx.

Hactenus de comparatione & genere, nunc cætera uideamus.

Numerus

De Numero.

Numeri sunt duo $\left\{ \begin{array}{l} \text{Singularis, cū unū significamus.} \\ \text{ut Patruus.} \\ \text{Pluralis, cum plura. ut Patruī.} \end{array} \right.$

Figura.

De Figura.

(Simplex, ut Doctus, Dulcis.
 Figuræ item due sunt } Composita, ut Indoctus, Præ
 dulcis.

De Casu.

Casus sunt sex } Nominatiuus, Genitiuus, Casus
 } Dattiuus, Accusatiuus,
 } Vocatiuus, & Ablatiuus.

De declinationibus.

Declinationes sunt quinque. Declina-
 tiones

De prima.

Primæ declinationis sunt omnia fœminina in a, cum Prima de-
 græcis aliquot in as aut es finita, ut Aeneas, Anchises clinatio.

Declinantur autem omnia ad paradigma nominis Mæ-
 sæ, nisi quod as aut es finita, nonnihil uariant.

Observandum præterea in datiuo & ablatiuo plurali
 bus diu Natabus, filiabus, equabus, mulabus, deabus, li-
 bertabus, ambabus, duabus.

De secunda.

Huc spectant } Er Puer
 } Ir, Vir
 } Vr Satur
 } Vs ut Dominus
 } Eus Orpheus
 } Vm Templum.

Terminat
 tiones se-
 cundæ de
 clinatiõis

Genitiuus qui sunt hic in i, Nominatiuo est isosyllabi-
 cus, nisi q; ir, ur, & eus finita cum subscriptis in er, eum
 habeant unia syllaba locupletior em, ut Saturi, uiri, ora

phci, prosperi, asperi, pueri, teneri, miseri, gibberi, lae-
 ri, Exteri, dexteri, foæri, generi, liberi adiectiuũ. Adula-
 teri, presbyteri, mulaberi, Clavigeri, stelliferi, sicut &
 hoc genus alia, à gero in ger, à fero in fer.
 Celaber autem habet æltiberi, sicut & Iber iberi.
 Vnus, Vter. Solus, Totus, Vllus, Nullus, Alter, Alius,
 peculiari modo declinantur.

De uocatio.

Vocatiuus similis est nominatiuus, nisi quòd in us nomina
 nata sub e uocantur, & in ius propria per i, sicut & fia-
 lius fili. O Antoni, Vincenti, Claudi.

Populus uel popule uocamus, Agnus uel agne, flumius
 uel fluuie, Chorus uel chore.

Eus finita amittunt uocando s. ut Orpheu.

De tertia declinatione.

Tertia de Huc concurrunt plus minus octo & septuaginta termi-
 clinatio. nationes, quibus omnibus genitiuus est in is.

Termina- A finita habent atis. ut Smigmatiſ, malagmatiſ, que
 tiões in a ipsa additione tum fiunt latina & secundæ inflexionis,
 unde nascuntur abli in tis. ut enigmatiſ, paradigmatiſ

In E. Que finiunt E, mutantur in is. ut Cubite cubiliſ, monia-
 liſ, maris.

Græca autē foeminina ad hoc paradigma declinantur.

Ntō hæc	Epitome	}
gtō huius	Epitomes	
dtō huic	Epitomæ	} pluraliter sicut musæ
actō hanc	Epitomen	
uētō ò	Epitome	} musarum.
abltō ab hac	Epitome	

Que finiunt I, ἰπτωτα sunt, ut gūmi, sinapi, piperi. In I
Finita O habent onis: ut Carbonis, udonis, audonis, ligo In O:

nis, harpagonis, spadonis, Didonis, uedonis.
Mædonis, uaugionis, britonis diamus depresso.

Cæterum, Apollo, homo, nemo, turbo, cum reliquis in
do aut go finit is, genitium faciunt in in is, ut Dulcædi
nis, fuliginis. Anio habet anienis. Caro carnis.

C.

In C.

Lac lactis Halec halecis.

D.

In D:

Dauid. Dauidis Bogud bogudis

Que finiunt L assumunt is, ut Animalis, Michaelis, In L:
uigilis, solis, consulis.

Propria in al arum flectunt alis. ut Hastrubalis, han
nibalis, autore Valerio Probo apud Gellium. Sed cor
ripit alis. ut Non est in toto corpore mica salis. Amor
et melle et felle fecundissimus est.

M.

In M:

Negam ἀκλιτοϋ est. Tantundem solum habet geniti
uum tantidem. Totidem plurale item ἀκλιτοϋ est.

Que finiunt N assumunt is, ut Titanis, renis, lienis, In N:
splenis, syrenis, anienis, canonis, delphinis. Verum reli
qua in EN habent in is, ut Nominis, liminis.

Terminata in R, assumūt is, ut Cochlearis, lateris, mar In R:
tyris, coloris, gutturis.

Exceptio.

Adiectius in ær habet cris, iber iberis, cõplura itæ tris
ut uolucæ uolucris, æleber ælebris, cæpestris. patris:

In AS. Cor habet cordis. Hepar hepatis, far farris. Ad hæc
Ebur eboris, Icar iecoris, uel icānoris, Robur roboris,
Iuppiter iouis, Itiner itineris, ab antiquo uerbo itiner.
Atis formant nomina in AS. ut eadē utilitatis, quæ hō
ne stas causa est regula.

As habet assis Vas pro sponsore, habet uadis
Mas maris alioqui uasis.

Fas & nefas non declinantur.

Græca masculina ferè habent antis: ut Gygantis, clea
phantis, alchantis.

Fœminina habent adis, ut Monadis, decadis, chiliadis.

In ES. Finita in ES mutantur in is: ut sedes sedis, uulpes uul
pis, Vates uatis.

Exceptio prima.

Dicamus tñ } Abietis, hebetis, indigetis, interpretis,
 } arietis, impetis, segetis, præpetis,
 } parietis, æretis, tegetis, perpetis

Dicæ quoq; } Loauptis, Quietis, magnetis, bes bea
 } tis.
 } Mansuetis, inquietis, lebetis, cres cretis.

Exceptio secunda habentium itis.

Amitis, æspitis, diuitis, gurgitis, militis, peditis,
antistitis, comitis, equitis, hospitis, mergitis, poplitis,
Alitis, cœclitis, fœmitis, limitis, palmatis, stipitis, sa
tellitis, sospitis, superstias, ternutis, tramitis, uelitis,
Pes cum compositis habet pedis. Meræ merædis, hæ
res hæredis, æres æreris, deses cum suis habet desidis.

In IS. Finita in IS, nihil dissimilem habent genitiuum, ut Anis

cauis, clavis, collis, follis, mollis.

Excipe.

Aspidis, aspidis, I bidis, Liberidis, Paridis, Tyrānidis, Aegidis, daphniidis, iridis, probosadis, paropsidis, thaidis, bolidis. Endiomidis, laidis, promusadis, pixidis. Sāguinis quoq; diās. Item & pulueris, Cineris, uomeris, Cucumeris.

Lis litis, samnis samnitis, glis gliris, dis ditis. Quiris quiritis, semis semissis.

IN OS.

IN OS.

Terminata in O S declinantur in oris, ut os oris, mos moris, flos floris, colos coloris.

Dos, cos, nepos, sacerdos habent otis. Cōpos & impos otis depressum. Bos habet bouis.

IN VS.

IN VS.

Custos custodis. Os ossis.

Quæ finiunt us fœminina. habent utis, ut Seruitutis uirtutis, iuuentutis, senectutis, salutis. Incus autem habet incaudis. Palus paludis. Tellus telluris. Venus Venaris. Intercus intercutis. Mea pecora. Tuæ pecaudes.

NEVTRA habent oris, ut corporis, tēporis &c. Ceterum lus, nus, & dus, finita habēt eris, ut uelleris, uulneris, fœderis. Sic acus habet aceris, latus lateris, opus operis, hucus hulæris, uetus ueteris. Diās tamen faciānoris, pignoris, & penoris. Comparatiua producūt o

Sanctius sanctioris.

Plus pluris Mus muris Sus suis

Crus habet cruris Thus thuris Grus gruis

Laus laudis Aes eris

Fraus fraudis Præs prædis

In LS, Quæ finiunt LS, NS, & RS, abiectis, assumunt tis.
NS, & rs ut Pultis, dentis, artis.

Excipe.

In BS, et Glandis, libripendis, frondis, & in cors à cor ueniētta,
PS. ut Concors concordis, & c. Hyems habet hyemis. Finita in BS aut PS interposito i formant genitiuū. ut urbs
urbis, daps dapis, ethiops ethiopsis. Cyclops cyclopis,
& hydropis diāmus, o tractim pronuntiantes.

Exceptio.

Cœlebs habet cœlibis. Item & in œps à capio deducta
ut Prināpis, muniāpis, forāpis. Sic & adeps habet ad
dipis. Auœps uero aucapis. Ceterum quæ à caput de-
clinantur in œps, habent itis, ut biœps biapitis, triāpis
tis, præāpis.

In iens terminata, quæ deducuntur ab eo, habent euntis
ut Exiens exeuntis, Abiens abeuntis, nisi quod ambiēs
habet ambiemis.

In T.

T.

Caput apitis Ocāput ocāpitis.

In X.

De terminatis in X.

In AX. Finita in AX habent acis, ut Pax pacis, faās, thoracis,
fornacis.

In EX. Finita in EX habent icis, ut Codex codicis, pulicis, ali-
as, pellias, Vibex uibias, extensa media.

Excipe.

Grex gregis Nex necis Remex remigis
Rex regis Fex fecis Senex senis
Lex legis Verucx uerueas. Supellix supellectilis.

Finita in IX, formant icis. ut Cornix cornicis. Radix In IX.
radicis. Genitricem occidit Orestes.

Nix tamen habet niuis.

Finita in OX, habent ocis ut Ferox fœrocis, ælocis, In OX.
uocis. Præcox habet præcocis, depressa media. Nox ha
bet noctis.

Finita in VX, habent ucis. ut Crux crucis, Nux nucis, In VX.
Lux lucis, Frux uero frugis.

Quæ consonantem habent ante x, pro x assumunt cis.
ut Arx arcis, Lanx lancis, Calx calcis.

Verum Sphinx habet sphingis, Syrix syringis, pha
lanx phalangis, coniunx coniugis.

Hactenus de genitiuo.

DATIVVS omnibus finit in i. ut Patri, Matri, Voæ Dtūs.
luntati, Ciuitati, &c.

ACCVSATIVVS in Em finit, nisi quòd dicamus, Actūs.
Vim. Rauim, Tußim, Sitim.

Item Burim, Turrim, Restim, Nauim, } uel em.
Securim, Peluim, Puppim, Febrim, }

Græca ferè habent a, ut Delphina, Peana, aëra.

ABLATIVVS ferè finit in e. ut Ab hoc con. Abltūs.
sule, Rhetore.

Exceptio prima.

Adiectiua, quibus est neutrum in e, ablatiuum decli
nant in i. ut Hic & hæc fortis, & hoc forte. Ablatiuo
ab hoc & ab hac & ab hoc Forti, dulci, campestri.

Ad hæc neutra in e, al & ar terminata. ut ab hoc Cubi
li animali, cochleari.

Præterea quibus est Accusatiuus in im. ut Vlm uireu
pellere prohibet Christus.

Huc adde mentium nomina. ut in Aprili, Septembri.

Exceptio secunda.

Potior pars adiectiuorum, atq; adeo alia omnia, ferè
habent e ueli. ut A sapientæ ueli. Audacæ ueli.

Item & hæc

Amnis, auis, familiaris, neptis, sodalis, unguis,
Anguis, classis, finis, postis, supellex,
Annalis, anis, fustis, pugil, riuialis.,
Affinis, canalis, imber, strigilis, tridens,
Victrix, ultrix. & c. hoc genus in trix.

De numero plurali.

Ntüs plis Nominatiuus, accusatiuus, & uocatiuus
plurales uolunt es. Nisi quòd neutra, quibus est abla
tiuus in e, habeant a. ut Enigmata, corpora. Quæ hæc
bent i, formant ia. ut Cochlearia, animalia. Comparati
tiua tamen aliò spectant.

Ordo primus.

Gtüs plis GENITIVVS fit in ium, si ablatiuus desinat in i,
aut i & e simul. ut Ignium, annium, cochleariũ. Com
paratiua uero uolunt um. ut Doctiorum: tamen si dica
mus plurium à plus.
Dicimus item Artificiam, opificiam, suppliciam, uigilum,
memorum, ueterum.

Ordo secundus.

Quorum nominatiuus duas habet consonantes, hæc
bent ium. ut Artium, partium, trabium, urbium, glan

dium, quamuis principum declinat, municipum, hyemum, & coelibum.

Ordo tertius.

Si genitiuus sit nominatiuus in es, aut is, isosyllabicus in singulari, in plurali habebit ium. ut Collium, mensium, edium, sedium, & sedum. Ad haec dicitur Litium, ditium, salium, & penatium.

Excipe.

Vatum, canum, indolum, opum, procerum, apum, panum, sobolum, frugum.

Sic quoque

Marium, niuium, carniuum, fraudum, murium, noctium, cordium, uadium, & ossium.

Ordo quartus.

Cetera omnia habent um. ut Ciuitatum, aromatum, colorum, corporum, militum, & c.

Datiuus & Ablatiuus ibus finiunt. ut Cubilibus, hominibus, & c. Verum bobus $\delta\epsilon\upsilon\omicron\mu\epsilon\lambda\omicron\upsilon\pi$ est.

Dtūs & Abltūs.

De quarta declinatione.

Quarta declinationi terminationes sunt, us & u. Vt si nita in singulari $\acute{\alpha}\pi\tau\omega\tau\alpha$ sunt.

Quarta declina.

Us terminata declinantur ad par adigma nominis Fructus, nisi quod haec datiuum & ablatiuum plurales habeant in ubus.

Artubus, acubus, lacubus, partubus, specubus, arcubus, si cubus, portubus, quercubus, tribubus, uerubus.

De quinta declinatione.

Quinta declina.

Quae huc spectant omnia es finiunt, sequunturque pa-

radigma nominis species.

Complura tamen datiuo & abltō pluralibus carent.

De Anomalis

Anomala ANOMALVM est, quod non quadrat ad re-
nomina, gulas predictas.

Masculina neutro pluralia.

Hic	{	Auernus	Hæc	{	Auerna,
		Baltrus,			Baltra,
		Euentus,			Euenta,
		Locus			Loca, etiam loâ.
		locus,			loa, frequentius ioâ.
		Tartarus			Tartara.
Iussus.	Iussa.				

Fœminina neutro pluralia.

Hæc	{	Carbasus	Hæc	{	Carbasa,
		Intybus			Intyba,
		Pergamus			Pergama
		Supellex			Supellectilia.
		Pascua.			Pascua, orum, nam dixerunt aliquando pascaum.

Neutra masculino pluralia.

Hoc	{	Cœlum	Hi	{	Cœli.
		Capistrum.			Capistri, etiam capistra.
Hoc	{	Frenum			freni & a.
		Rastrum			rastri & a.
		Speus			speus.

Neutra fœminino pluralia.

hoc	Epulum	hæ	Epule
	Balneum		Balneæ
	Delicium		Deliciæ

Mascula pluralia tantum.

Antes	fasces	lares	Parisijs
Annales	fasti	liberi	Gabij
Canelli	fori	penates	Puzoli
Cani	pori	proceri	Delphi
Casses	inferi	manes	Campi
Cœlites	superi	pugillares	Suolli

Fœminina pluralia tantum.

Ambages	exubriæ	insidiæ	tenebræ
Aedes	exuvie	nundinæ	nugæ
Blanditiæ	exequiæ	lactes	suppetiæ
Cumæ	feriæ	primitiæ	Athenæ
Clitellæ	inferiæ	sordes	Thebæ
Diuitiæ	induciæ	scope	Veneticiæ
Diræ	illecibræ	reliquiæ	

Calendæ ἀπὸ τοῦ καλέω, hoc est voco.

Neutra pluralia tantum.

Arma exis moenia colloquia.
 Cunabula, ilia, Bacchanalia, Bucolica & c. iniusta cū
 Crepundia. (hoc genus alijs titulis usurpata.)

Abundantia.

Ea autem quæ diuersis terminis idem significant.

Angiportus	Chirographus	} Hilaris uel us	} Abundantia nomina.
Adagio	Suggestus		
Cubitus	Rapa	} Opiparis uel us	} Luxuria uel es

Et hoc genus sexcenta, quae prudens lector obseruat.

Variantia declinationem simul cum significato.

Ab anuillusus est. Ano purgando conduat.

Arco item & arca sagittamus.

Cæstus habet pugiles. In cæsto sunt amores.

Jonas æti uentrem habitauit.

Theophrastus aliquãdo ætui condonaturus obmutuit.

Cantos habet rota. Cantus ecclesia.

Ortus oriens. Horros terra.

In sinu gaudet, sinus quia lactis habebit.

Ficus utriq; declinationi datur. Sed pro arbore fœmininum tantum est, alioqui commune.

De pronomine.

Pronomē

PRONOMEN est uox, qua utimur in demonstranda aut repetēda re cū noīc uti nō erit cōmodum.

Sunt autem pronomina septemdecim.

Ego ille hic meus noster nostras

tu ipse is quis tuus &

sui iste qui suus uester uestras

Obseruabis hic significationem potissimū cū personā.

Significat

De significatione.

tio pronominis. Demonstratiue significationis sunt: Ego, tu, hic, iste.

Relatiue: Is, ipse, qui. Ille enim utrumq; facit.

Reaprocæ: Sui & suus, eō enim redeūt unde exierāt

Interrogatiue: Quis?

Possessiuæ: Meus, tuus, suus, noster, uester.

Genalia sunt. Nostras & uestras.

De persona.

Personae sunt tres. Prima est, ego solum. Secunda, solū tu. Tertia, reliqua omnia nominatiua.

De verbo.

Verbum.

Verbum est uox significans agere aut pati. ut Verberare, uerberari.

Accidunt autem uerbo, Genus, tempus, figura, persona, numerus, & coniugatio.

Accidentia uerbi

De genere.

Actiui generis sunt, quae addito r, passionem significat Genus ut Amo amor.

Passiui generis, quae ita assumpto r, significant passionem: quo ablato rursus agunt.

Neutrius generis sunt, quae o finita non admittunt r, ut Sto, aruo, nam stor nemo dixerit.

Deponentis generis sunt, quae r finale non possunt abijcere, ut Loquor. Quis enim audit loquo?

Communis generis sunt, quae or finita, tum actiuam, tum passiuam significationem habent, ut Osculor matrem, Osculor à matre.

De tempore.

Tempus.

Tempora sunt quinque. Praesens, praeteritum imperfectum, praeteritum perfectum & plusquamperfectum, ad haec, futurum.

De modo.

Modus

Modus autem indicat, aut imperat, aut optat, aut subiungit, aut infinitus est.

De figura.

Figura

Simplicis figuræ est Rego. Compositæ Porrigo. De
compositæ exporrigo.

Persona. De persona.

Eius unumquodq; uerbum est personæ, cuius est ordi-
nis in coniugando. ut Amo primæ, amas secundæ, amat
tertiæ.

**Cōiuga-
tiones uer-
borum.** De coniugationibus.

Primæ coniugationis sunt, omnia finita in are, aut ari.
ut Amare amari.

Secundæ sunt, quotquot habent ere tractim prolatum
ut Docere doceri.

Tertiæ sunt, in quibus ere atius elabitur, ut Legere,
trahere.

Quartæ sunt, quæ finiunt ire uel iri, ut Audire au-
diri.

De omnium igitur horum præteritis nunc uideamus
& supinis, siquidem illuc possumus enitumur.

**Prima cō-
iugatio.** De prima coniugatione.

Omnia uerba in are, præteritum habent in aui, Supi-
num in atum. ut Oraui oratum.

Excipe decem & quatuor.

Cubo cubui cubitum

Sono sonui sonitum

Crepro crepui crepitum

Tono tonui tonitum

Domo domui domitum

Veto uetui uetitum

Frico friui frictum

Do dedi datum

Mico micui sine supino.

Sto steti datum

Plico pliuui pliatum

Iuuo iuui iutum

Nexo nexui nexum, Seco seai sectum.)

Lauo habet laui lotum lautum.

Inuenias & lausturus.

Composita ex plico & nomine habent auiatum. ut

Multiplicau, Duplicau, Triplicau.

Composita ex præpositione habent ui itum, ut Expli
ai expliatum Applicau tamen dixit Ciaro.

Ex do composita sunt tertie coniugationis, præter Cir
audare, uenundare, pessundare.

Item ex Cubo composita, tertie coniugationis sunt, addi
to m, quod si tollas manent primæ. ut Accumbere, acub
bare, Reambere recubare.

